

- Pag. 388. *SCORZONERA LACINIATA*. *Avola* (*Bianca*) ; sotto *S. Filippo di Argirò* (*Tin. Nym. Guss.*) ↳ *Pedunculus centralis* in var. *a*, saepe lateralibus brevior in plantis prope *Avola* provenientibus (*Bianca*) ↳ *Cl. Moris* in *fl. sard.* 2. p. 496 sub hac plures species associat, uti inter siculas *S. octangularem*, ac *intermedium*, sed in Sicilia ubi longe lateque proveniunt una in alteram non transit, characteresque specificos semper immutatos servare vidi.
389. — *HIRSUTA*. *Castellobuono* (*Mind.*).
id. — *DELICIOSA*. Ic. *S. angustifolia*, humilis, radice oblonga monorhizide. *Cup. panph. ed. Bibl. Cass.* 2. t. 285 ↳ *Avola* in demissis usque ad litora abunde provenit (*Bianca*) ; alla taverna di *Manganaro* presso *Alia* (*Tin. Nym. Guss.*).
390. *SONCHUS MARITIMUS*. *Avola* (*Bianca*).
391. — *ASPER*. Junio a Pontecapillo presso *Castellobuono* (*Mind.*). *Caltagirone* (*Gerb. Tar.*) ↳ *Caules superne*, uti pedunculi, ac anthodia hirsuti, angulati, nitide rubentes, usque $2\frac{1}{2}$ pedales (*Gerb. Tar.*) ; *folia* saepe profunde spinuloso-dentiliculata : *flores* magnitudine *S. oleracei* : *semina* compressiuscula, spadicea ↳ Ex synonymis deleanunt sequentia : *S. incanus*, *angustifolius*, *crispiori folio*, *rigidioribus spinulis*. *Cup. H. Cath.* p. 206 ; et icones *panph.* 2. t. 129, ac *Bon.* t. 84 ad sequentem spectantia ; ideoque post hanc speciem adde :
- 3.^a *S. NYMANNI*. *Tin.*, et *Guss.*
S. glaber, radice perenni repente, foliis obovato-oblongis runcinato-pinnatisidis argute et elongate spinuloso-dentatis, radicalibus petiolatis, caulinis basi cordato-amplexicaulibus rotundatis, pedunculis subumbellatis, caule superne anthodiisque piloso-glandulosis glabrisve, seminibus levibus marginatis disco utrinque 5-nerviis, nervis duobus lateralibus invicem approximatis.
- S. incanus*, *angustifolius*, *crispiori folio*, *rigidioribus spinulis*. *Cup. H. Cath.* p. 206.
- Ic. *S. crispato laciniatoque folio spinoso* candicante. *Cup. panph.* 2. t. 129 — *Bon.* t. 84.
In argillosis humentibus cultis, vel herbosis submontosis ; *Vicari lungo la strada regia*, *Alia* (*Tin. Nym. Guss.*).
April., Majo. 24
Radices firmae, lactescentes, late repentes : *caules* robusti, tamen fistulosi, saepe diametro 2-3-lineari, 1-3-pedales : *folia* praesertim juniora ex viridi-glaucescientia : *anthodia* saepius glabra, 9-10 lin. longa ; foliolis interioribus obtusis : *flores* aurei, majusculi : *semina* omnino praecedentis, ad margines sub forte lente tenue ac remote serrulata ; sed nervi (qui sic potius dicendi etiam in praecedentibus) sunt quinque non tres.
- Differt a *S. aspero* ; floribus duplo majoribus, diametro pollicari et ultra ; radice valde repente ! ; nec ob semina cum *S. arvensi* associandus, a quo omnino alienus.
394. *LACTUCA VIROSA*. *Messina alla Rametta* (*Prest.*).
id. — *SCARIOLA*. In hortis, et in humentibus cultis obvia in *Avola* (*Bianca*) ; *Castellobuono* a *Liccia* (*Mind.*).
397. *LEONTODON TARAXACUM*. *Madonie al Ferro* (*Mind.*).
id. — *MINIMUM*. *Madonie al Ferro* (*Mind.*) ; *Etna fra Pedara*